



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz


Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Pro Assumptione Vestis Religiosæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

nav. c. 9. Legend. fervidum habebat
 zelum ad salutem omnium salvando-
 rum. II. Ut *Signum Amoris* sui erga
 Peccatores, meritò adnumerandum tri-
 bus alijs, scilicet Nativitati, Passioni,
 Eucharistiæ, quæ signa sunt amoris ejus
 erga peccatores. III. Ut *Monumen-
 tum Liberalitatis* suæ erga Ecclesiam, cum
 hodie descendens de cælo ipsemet the-
 sauros Ecclesiæ aperuit. *Id. ibid.*



P R O

ASSUMPTIONE VESTIS RELIGIO. SÆ.

*Bona Sta-
 tus Reli-
 giosæ* **T**HESIS I. *David fugit, & salvatus*
 est. I. Reg. 19. v. 10. In Reli-
 gioso statu homo vivit I. Purius. II.
 Cadit Rariùs. III. Surgit Velociùs.
 IV. Incedit Cauriùs. V. Purgat
 Ciriùs. VI. Irroratur Frequentiùs.
 VII. Quiescit Securiùs. VIII. Mori-
 tur

tur Confidentiùs. IX. Remuneratur copiosiùs. S. Bern. vide Engelgrave in Cælo Empyr. Conc. de Comm. Conf. S. 2.

THESIS II. Collocavit me in ob-
scuris, sicut mortuos sæculi. Pl. 142. v. 4. I. Ingressus in Religionem est Mors generosa. II. Sepultura incorruptibilis. Resurrectio anticipata. Pretteville.

THESIS III. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. 1. Pet. 4. v. 1. Ingressus in Religionem est I. Participatio Vitæ patientis, & Crucifixæ Salvatoris. II. Participatio ipsius vitæ Triumphantis, & gloriosæ. Id. Disce ô Christiane à Christo, quemadmodum diligas Christum. S. Bern.

THESIS IV. Hæc Porta Domini, *Porta Monasterij.*
justi intrabunt in eam. Pl. 117. v. 20.
I. Virgo Sanctimonialis intus præteriens Portam Monasterij aspicit illam ut Januam Ditis, seu Portam Inferni. II. Virgo Sæcularis extus præteriens aspicit eandem januam ut Januam Cæli, seu Portam Paradisi. Quæ causa tam diversi aspectûs ejusdem Portæ? in promptu causa est : quia deintus e-

T gre-

grediendo itur ad Infernum, a foris ingrediendo itur ad Cœlum. Ecce eadem Porta non omnibus una. Hinc ego à fronte Portæ bene pingerem faciem Cœli, à tergo verò faciem Inferni, imaginem utrinque considerabilem.

Vocatio. THESIS V. *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Joan. 15. v. 16. I. Novitius felix est in sua Electione, II. Felicior in constantia Electionis, III. Felicissimus in successu Electionis à se factæ.*

Mundus. THESIS VI. *Elegi abjectus esse in Domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum. Ps. 83. v. 11. Quod majoris & difficilioris Resolutionis Opus sit in Mundo remanere, quam Mundum deserere, illi videlicet, qui in Cœlum intrare contendit. Hinc bene cum David ait: Elegi abjectus esse in Domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.*

Vocatio. THESIS VII. *Satagite, ut per bona opera certam vestram Vocationem & electionem faciatis. 2. Pet. 1. v. 10. Pa-*

Pater I. Felicitas animæ, quæ Vocationi ſuæ reſponder, quia uno pede jam cœlum tener. II. Infelicitas animæ, quæ Vocationem ſuam negligit, quia pleno curſu Infernum petit. *Crasset in Conſid. feria 5. & 6. poſt Dom. in Albis.*

THESIS VIII. *Ego ſum Via, Veritas, & Vita.* Joan. 14. v. 6. I. Via in Exemplo. II. Veritas in Promiſſo. III. Vita in Præmio.

THESIS IX. *Per viam compen-* *Laus vita*
dij. 2. Reg. 18. v. 23. Status vitæ *ta Monachica.*
Monasticæ I. Compendium eſt omnis illius, quidquid in Eccleſia Militante Heroicum ac Generoſum eſt. II. Compendium eſt illius, quidquid in Eccleſia Triumphante Glorioſum eſt. *diction. Apoſt.*

THESIS X. *De mundo non eſtis. viſa.*
Joan. 15. v. 19. I. Oportet intrare Religionem ſicut *Adam* in Paradifum. II. Oportet ibi manere, ſicut *Chriſtus* in hoc Mundo. III. Oportet ibi vitam finire ſicut *MARIA* in terris ſuam finire. *Id. ibid.*

*Vestis
Religiosa.*

THESIS XI. *Induite novum hominem.* Ephes. 4. v. 24. *Habitus Religiosus est Vestis* I. *Salutis.* II. *Letitiæ.* III. *Gloriæ.* P. Schedelich, S. 7. *Incitamenta Religiosorum part. 4. Exhort. 29.*

Vocatio.

THESIS XII. *Domine, qui amas animas.* Sap. II. v. 27. *Et inter eas nunc has nunc illas eligis tibi cariores; Hodie elegisti tibi iterum unam, & quidem carissimam, utpote* I. *In Sponsam.* II. *Sororem.* III. *Amicam.* *Soror mea, Amica mea.* Cant. 5.



I N

PROFESSIONE SANCTIMONIALI

*Discrimen
Mundi &
Religionis.*

THESIS I. *Melior est dies una in atriis tuis super millia.* Pl. 83. v. 11. *Discrimina inter Mundi voluptates, & Religiosi Statûs Delicias capis: I. Profanæ deliciæ sunt venenatæ, illæ salutare.* II. *Profanæ in-*